

Quaestiones

Assimilatur autem amatio quidem passioni. amicitia autem habitui. Amatio enim non minus ad inanimata est. redamatur autem cum electio ne electio autem ab habitu. Et bona volunt amatis illorum gratia. non fin passionem. sed fin habitum. Et amantes amicum quod ipsis bonum amant. bonus autem amicus factus bonum fit cui amicus. Utque igitur amat et quod ipsi bonum et equaliter retribuit voluntati et speciei. dicitur enim amicitia equalitas. maxime itaque que bonorum. hec existunt. In severis autem et senibus minus fit amicitia. quanto magis discolori sunt. et minus colloquiis gaudent. hec enim maxime videntur esse amabilia et factiva amicitiae. propter quod iuvenes quidem faciunt amicitia cito. senes autem non. non enim amici quibus utique non gaudent. Sicut autem neque se veri. sed tales benivoli quidem sunt ad invicem volunt enim bona et obviant ad necessitates. Amici autem non omnino sunt propter non commorari. neque gaudere ad invicem que utique maxime esse videntur amabilia.

Queritur Septimo. utrum amicitia sit virtus. Arguit primo quod sic quod potest dare et deficere est virtus ut patet per diffinitionem virtutis secundum doctores huiusmodi. sed amicitia est habitus. Et hoc idem videtur sentire Eustratus. Seneca. Tullius. et Thomas. qui dicit in principio primum capituli. quod sicut in aliis virtutibus quod dicitur boni finis habitus et quodam finem actum. ita etiam pertingit in amicitia. Et Eustratus dicit. quod amicitia est una virtus. Et Tullius in libro de amicitia praeter eam omnibus bonis humanis. Sed nullus habitus qui non est virtus praefertur omnibus bonis humanis. igitur et Seneca in epistola ad Lucillum vocat amicitiam virtutem. dicens quod sapiens vult exercere amicitiam ne tanta virtus pereat. In oppositum arguit quod philosophus in principio octavae dicit quod amicitia autem est virtus vel cum virtute. ibi dicitur dicitur expositorum. quod amicitia non est virtus. sed consequitur

versoris

virtutes. Primo igitur videbitur de quaestione scilicet erunt dubia. Quantum ad primum.

Sciendum primo

Postquam philosophus distinguit amicitiam per habitum et actum. habet propter probat quod supponerat. scilicet quod amicitia non solum est finem actum sed etiam finem habitum. dicitur quod amor videtur importare passionem. sed amicitia habitus. Et quod est sicut habitus probat tertius dupliciter. primo quod amatio simplex potest esse ad inanimata. sicut dicitur amare vinum vel aurum. Sed redamatio quod pertinet ad electionem est solum rationi naturalium. Quod autem est ex electione non fit ex passione. magis ab habitu. et amicitia est habitus. Secundo patet quod homines sunt volentes bona amici propter ipsos amicos finem amicitiam. sed amare alios eorum gratia non est ex passione. quod passio non excedit primum bonum amatis cum pertineat ad appetitum sensitivum. ergo hoc fit finem habitum. et sic amicitia est habitus. Sed quod dicitur supra quod amabile est unicuique quod sibi est bonum propter quod videtur esse quod homo amat amicum illius gratia. Rursum philosophus quod ille qui amat amicum amat id quod est bonum sibi ipsi. nam quod ille qui est bonus in se factus est alicui amicus fit amico suo. et sic uterque dum amat habitum amat id quod est sibi bonum. et uterque retribuit equale amico suo. et quantum ad voluntatem in quantum vult ei bonum. et quantum ad speciem voluntatis in quantum vult ei bonum non sibi sed illi gratia. quia amicitia est quodam equalitas in quantum requirit mutuum amationem. et hoc videtur amicitiae addere bonum fructus. nam in omni virtute sufficit actus virtutis. sed in amicitia non sufficit actus virtutis. sed oportet quod curant actus duorum mutuo se amatum. Et ideo non dicitur philosophus supra quod amicitia sit virtus. sed accidit cum fructu. quod videtur aliquid addere supra rationem fructus. Quia igitur philosophus dicit hic quod amicitia est habitus. et supra dicit quod est virtus vel cum virtute. et ideo videtur quod pars illius distinctiva sit vera et quis habitus sit amicitia. mora est quaestio praecedens. Pro cuius declaratione Sciendum secundo. quod amicitia multipliciter accipitur. uno modo pro passione appetitus. et sic sciendo huius inter passionem enumeratur amicitia et odium. Et idem apparet secundo rethorice. ubi sic amicitia diffinitur. Amicitia est passio appetitus inclinans ad bene vivendum et benefaciendum amico. Et hec amicitia non est virtus. quod videtur secundo huiusmodi passionem non sunt virtutes neque malicie. Alio modo capit amicitia pro omni habitu refrenante istas passionem que sunt inimicia et odium. et inclinante ad ea que ratio circa ea diffinitur. et sic amicitia potest vocari motus. Tertio modo capitur pro excellentissimo et maximo actu virtutis qui est se donare totaliter amico in ipsum perfecte suam voluntatem transferendo finem dicamen recte rationis. ut exinde fiat omnino idem velle et nolle amicorum. et sic amicitia non est habitus sed assimilatur habitui. quia provenit ab habitu virtutis. sicut amatio provenit ex impetu passionis. et ideo amatio assimilatur passioni. Unde quando ille actus est se donare amico et se transferre in amatum provenit ex impetu passionis. scilicet quando provenit ex habitu virtutis et finem dicamen recte rationis proprie vocatur amicitia. et amicitie sic acceptae videntur provenire conditiones quas assignat philosophus in hoc octavo. Ad hoc autem quod recta ratio dicit se totaliter donandum esse amato et finem voluntatem et finem operationem necesse est quod amatus sit plenus virtute. et quod res maneat in amante. Et hoc fit utriusque manifestum. et per longum tempus. et per coniecturam et per experimentum.